Viro Praestantiss.o
IO. PETRO MILLERO
Gesnerus S.P.D.

Diu in aere tuo sum, vel, si mavis, in chartis tuis, munere, quod mihi privatim quidem iucundum fuisse si dicam, parum dixero, licet illud meae Hutteriae vehementer ad legendum commendem. Publicum, mi Car.me Millere, munus arbitror, eoque nomine, qualemcunque iuventutis educationem divinitus etiam mihi iniunctam agnosco, valde multum tibi me debere sentio. Itaque faciendum putavi, ut mea opera latius etiam diffundatur beneficium tuum, eiusque scriptiunculae aliquot exempla ad te mitto, si ea forte bibliopolae tuo usui esse possint. Quae in fine relationis dixi ea non esse scorpionis caudam, tu, vir candidissime, per te intelliges, sed remedium contra invidiam, argumentum integritatis. En tibi indiculum brevem eorum, quae istam animadversionem videbantur necessariam facere. Amicitiam eius ex animi mei sententia tibi gratulor, et, si pateris, Legatum te constituo, sine nullis voluntatis meae in Sequerianam domum nunciandae. Si

daret nobis hoc Segnerumque et physica tua, sed animo prius ad captum parvorum demisso, perlegat, beneficium praestaret futuro seculo tanto maius, quod metuendum est, ne sint, qui ab his, quae forte non satis ad cohiendam physicomathematicam exacta sint, occasionem capiant, contemnendi libri aliquin praestantissimi.

Bene iterum iterumque vale et rem gere strenue. Scr. a.d. XV Dec. A. LVIII.